



CAP. XVIII.

De Novissimis,

Ex

ARTIC. XVII. A. C.

TH. I.

*Christus apparebit in consum-
matione mundi ad judican-
dum. A. C. in Art. XVII.*

§. 1.



Uo sunt adven-
tus Deo Filio pro-
prii; quorum
primo jam venit
olim in carnem, altero adhuc
venturus est ad extremum
judicium. *Triplicem quidem
adventum ejus novimus, inquit
Bernhardus in serm. III. de ad-
ventu Domini, ad homines, in
homines, contra homines. Sed
per secundum (in homines,)*
in-

Disputa-
tio XVIII.
Respon-
dente
Christian.
Glozer/
Zittâ-Lus.